K Litera dicta fuit Κάππα, necnon Κόππα, sed B κατὰ γλῶσσαν, ut docebo paulo post. Usurpatum autem fuit Κάππα pluraliter quoque: Prov. Τρία κάππα κάκιστα, Tria cappa pessima: sc. Cappadocia, Crete, et Cilicia, Suid. Notantur certe hoc Prov. tria trium nationum perversa ingenia, perversique mores. Quarum duæ posteriores aliis etiam Proverbiis sunt infames. Extat enim de Cilicibus et hoc, Κίλιξ οὐ ῥᾳδίως ἀληθεύει, Cilix non facile verum dicit, vera loquitur. Atque adeo hinc est etiam VERBUM Κιλικίζειν, SIVE Κιλικίζεσθαι, pass. voce, pro κακοηθεύεσθαι, κακοηθίζεσθαι. Illud Suid., hoc autem habet Hes.: uterque vocem pass. Κιλικίζεσθαι, non act. Κιλικίζειν afferens. At Eust. hanc act. vocem Κιλικίζειν habet: dicens, Κιλικίζειν, SICUT ET Αἰ- C γυπτιάζειν, esse τὸ πονηρεύεσθαι. Quinetiam COMP. Ἐγκιλικίζεσθαι ap. illos Lexicogrr. legitur: s. potius ap. Hes. quidem pass. hæc vox Ἐγκιλικίζεσθαι, ap. Suid. vero ACT. Ἐγκιλικίζειν: et PASS. Ἐγκιλικεύεσθαι. Postquam enim dixit Cilices improbitate fuisse infames, subjungit, Unde et Ἐγκιλικεύεται, pro κακοηθεύεται. Est enim Ἐγκιλικίζειν, τὸ κακοηθίζεσθαι. Sed forsitan aliter scripta hæc reliquit: cum alioqui absurde videatur dici, ideo Ἐγκιλικεύεσθαι esse κακοηθεύεσθαι, quod Ἐγκιλικίζειν sit κακοηθίζεσθαι. Est enim idem per idem probare: nec magis ex Ἐγκιλικίζειν confirmari potest signif. τοῦ Ἐγκιλικεύεσθαι, quam ex Ἐγκιλικεύεσθαι signif. τοῦ Ἐγκιλικίζειν. "Ἐγκιλικίστρια, Hesychio * περιαγνίστρια." Ceterum invenitur ETIAM Κιλίκιος ὄλεθρος Proverbialiter dictum, Cilicium exitium, de crudeli et immani. Cilices enim, ob piraticam, quam exercebant, et assiduas hostium deprædationes, infames erant immanitatis et crudelitatis nomine. Quapropter et Attici vindictas acerbiores Κιλικίους appellabant. Hæc E- D rasm. partim e Suida, partim ex Hes. Ego autem aliquando suspicatus sum pro ὄλεθρος leg. esse ὀλέθριος: ut ὀλέθριος expositio esset illius Κιλίκιος. Habemusque fortasse hujus lectionis aliquod vestigium ap. Hes., in interpunctione, quæ est inter Κιλίκιος et Ὄλεθρος. Hoc saltem fatendum est, Κιλίκιον ὄλεθρον, sequendo usitatiorem loquendi morem, prima fronte passive potius quam active accipi: i. e., pro Exitio, quod passi sint Cilices: cum tamen hic contra intelligendum sit de eo, quod intulerint s. inferre soliti sint Cilices. "Κιλίκειοι ἄρτοι, Hes. teste dicuntur οἱ "ῥυπαροὶ καὶ μεγάλοι: ut Athen. quoque (110.) scri- "bit Platonem Comicum τοὺς μεγάλους ἄρτους καὶ "ῥυπαροὺς vocasse κιλικίους, his verbis, Κᾆτ' ἄρτους "ἧκε πριάμενος, μὴ τῶν καθαρύλλων, ἀλλὰ μεγάλους "κιλικίους. Forsan autem κιλίκειοι sive κιλίκιοι di- "cuntur, quoniam tales in Cilicia fierent e farina per "cibrum s. saccellum non transmissa, sed mixta fur- "furibus. A Cilicum certe gente Κιλίκειοι s. Κιλί- B "κιοι τράγοι denominantur οἱ δασεῖς, Hirti et hispidi, "s. Villosi: quoniam tales ibi provenire dicuntur: "indeque τὰ ἐκ τριχῶν συντιθέμενα vocantur κιλίκια, "teste Hes. et Suida: ut et Varro sub fin. l. 2. de "Re Rust. Capra, inquit, pilos ministrat ad usum "nauticum, et ad bellica tormenta et fabrilia vasa. "Tondentur, quod magnis villis sunt in magna parte "Phrygiæ: unde Cilicia et cetera ejus generis ferri "solent. Sed quod primum ea tonsura in Cilicia sit "instituta, nomen id Cilicas adjecisse dicunt. Ita "igitur *Columella* dicit, *Cilicio detergito quicquid* "*arenæ adhæserit.* Et Cic. *Civitatibus coria, cilicia,* "*saccos imperaret.* Κιλικισμὸν, Theopompus *Histo-* "*ricus* vocat τὸν ἐκ παροινίας φόνον, Cædem e temu- C "lentia, teste Suida. Κίλιξ βοῦς, Hesychio auctore "dicitur τὸ ἓν κέρας ἔχων ἀπεστραμμένον. Κίλλιξ, "Eid. est ἀμνὸς ἢ βοῦς τὸ ἓν κέρας ἔχων διεστραμμέ- "νον, Agnus aut bos qui altero cornu est distorto: "pro quo supra κίλιξ, unico λ. Alioqui Κίλιξ est "Nomen ἐθνικὸν, significans Hominem e Cilicia ori- "undum." [* Κίλισσα, ἡ, Herod. 8, 14. ναῦς.] "At "Κίλικι ὀλέθρῳ dicitur pro Κιλικίῳ, i. e. πονηρῷ: "quoniam talis prædicatur Cilicum gens: unde et "*Κιλικίους τιμωρίας* dicunt *τὰς πικράς*: *latrones enim* "*crudelissimique homines fuisse perhibentur Ci-* "*lices.*" [" *Κίλιξ, Lobeck. Aj. p. 272.* Thom. M. 534. Herodian. 464. Κίλισσα, ibid. Thom. M. l. c. Schneider. Anab. 14. An Κίλιττα? ad Lucian. 1, 313. * Κιλλικὼν, Brunck. Aristoph. 3, 128." Schæf. Mss. * Κιλίκις κύπειρος, Diosc. 1, 4.] Sed ad Cretes veniendum est: a quibus est itidem VERBUM Κρητίζειν, q. d. Cretizare, pro Mentiri, sequendo vulgatum illud, Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, Cretenses semper sunt mendaces: quod est initium hexametri versus ap. D Paulum ex Epimenide sumti, ut quidam *putant.* Ead. certe verba hexametrum versum ap. Callim. inchoant: sed is aliis finitur verbis quam ap. Paul. Κρητίζειν, inquit Eust., τὸ ψεύδεσθαι: quod etiam ap. Callim. Schol. legitur, necnon ap. Suid. At *Hes.* cum ψεύδεσθαι addit ἀπατᾷν, Decipere. Proverbialiter autem dicitur, Πρὸς Κρῆτα κρητίζειν, Adversus Cretensem Cretizare, pro Adversus mendacem mendaciis uti. Qua forma, sed diverso sensu, dicitur Πρὸς Κᾶρα καρίζειν. At vero COMP. Συγκρητίζειν dicebatur de Iis, qui, Cretensium more, post seditionem aut quampiam discordiam, inter se reconciliati hostibus aliunde invadentibus resistebant conjunctis viribus. Et hic omnium adv. communes hostes consensus, *fuit* DICTUS Συγκρητισμός. Vide Plut. de Frat. Carit. Extant porro et alia verba a quarundam gentium *nomine* derivata, easque itidem infamantia. Quorum in numero est VERB. Λεσβιάζειν pro αἰσχροποιεῖν. Sed de hoc alibi.

Κάππα διπλοῦν legitur ap. eund. Suid., quod ille exp. *κακόν*. Erasm. existimat in hoc dicto respici ad geminum *κάππα*, quo scribitur vox *κακά*: ac simili figura Plautum appellasse furem, Trium literarum hominem.

Interdum hæc litera *κ* numeri nota est, sc. vigenarii: sicut *ι* nota est denarii, et λ tricenarii, atque ita deinceps. " K, Decimæ literæ Græcorum nota " est, quam vocant *κάππα*. Utuntur ea Latini quo- " que, sed admodum raro, vicem ejus præstante " litera C. Est etiam Numeralis nota, significans Vi- " ginti, hoc modo, *κ'*, *κα'*, *κβ'*, et sic deinceps: præ- " fixa autem acuti accentus apice ab imo sinistri " lateris pede, Viginti millia denotat, *͵κ*." [" Conf. c. *η*, Reisk. ad Artemid. 126. Wessel. ad Herod. 163.; cum *μ*, Porson. Hec. p. 27. Ed. 2. Koen. ad Greg. Cor. 62.; cum *π*, Schleusn. ad Deuteron. p. 113. Casaub. ad Athen. 71.; cum *χ*, Tittm. ad Lex. Gr. 1, 791. Schweigh. ad Athen. 6. p. 112. Τρία κάππα *κάκιστα*, Fabric. Bibl. Gr. 1, 242. ad Callim. 1, 5." Schæf. Mss.]

Fuit autem dictum ETIAM Κόππα pro Κάππα, sed *κατὰ γλῶσσαν*, Eust., ubi VOX Γλῶσσα intelligenda est *ἡ ἀπεξενωμένη διάλεκτος*, ut ipse alibi exp. [" Οὐδὲ *κόππα γινώσκων* de Indocto et stupido homine dixit Parmeno ap. Athen. 221. ubi vide Animadv. Casaub. et Schw." Schw. Mss.] Atque inde esse NOMEN Κοππατίας. Est autem hæc vox ap. Aristoph. Nomen equi, N. (23.) *Ὅτ' ἐπριάμην τὸν κοππατίαν*. Ubi Schol. itidem censet hanc esse nominis *κοππατίας* originem. Scribit enim *κοππατίας* Equos fuisse dictos, quibus impressa esset litera *κ*: ut *σαμφόρας*, Eos, quibus *σ*. Adjungitque aliam illius nominis *κοππατίας* exp., sed quam minime probat: ut sc. *κοππατίας* dictus sit *ὁ κόπτων καὶ κοιλαίνων ταῖς ὁπλαῖς τὸ ἔδαφος*. Idem tamen, nisi forte alius verba hæc esse putanda sint, exponens h. ejusd. Comœdiæ l. (437.) *ἡ γὰρ ἀνάγκη με πιέζει Διὰ τοὺς ἵππους τοὺς κοππατίας*, annotat *κοππατίας* appellari non simpliciter ab illius literæ impressione, sed simul etiam respiciendo ad v. *ἐκκόπτειν*. Scribit enim, *μετὰ τοῦ χαράγματος καὶ τοὺς ἐκκεκοφότας αὐτοῦ τὴν οὐσίαν δηλοῖ*. Quod si hæc exp. voci isti hic convenit, non dubium est quin et illic conveniat. Sed ego malim simpliciter *περὶ τοῦ χαράγματος* intelligere, assentiente etiam Eust., et NOMINE Σαμφόρας mecum faciente: utpote in quo ad ipsum *χάραγμα* tantummodo respiciatur. Aristoph. N. (122.) *Οὔτ' αὐτὸς, οὔθ' ὁ ζύγιος, οὔθ' ὁ σαμφόρας*, ubi Schol. esse ait dictos hoc nomine Equos, qui haberent *σ* in femore. Sed ap. eum legitur *σαπφόραι*, non *σαμφόραι*: additque et cum *μ* et cum *π* scribi h. v. Adeo ut, sequendo illum, possit SCRIBI Σαπφόρας quoque sicut Σαμφόρας. Athen. tamen habet duntaxat hanc scripturam per *μ*, itemque Eust. nullam alterius mentionem faciens. Ejus verba sunt hæc, Comm. in Il. K., *Ὅτι δὲ τὸ Κάππα στοιχεῖον Κόππα κατὰ γλῶσσαν ἐλέγετο, δηλοῦσιν οἱ τὸν Κοππατίαν ἵππον εἰπόντες οὕτω λέγεσθαι διὰ τὸ ἔχειν κ̄ ἐντετυπωμένον· ὥσπερ Σαμφόραν, ᾧ σ̄ ἐγκέκοπται ἢ ἐγκέκαυται· ὅπερ οἱ Δωριεῖς ἔλεγον Σάν*. Hes. quoque et Suid. Σαμφόρας duntaxat habent. Quod comp. sonare puto perinde ac si quis dicat, *σὰν φορῶν*. Quod autem scribit Eust. notam illam literæ fuisse inustam, optime convenit cum iis, quæ ap. Anacr. legimus (53, 1.) *Ἐν ἰσχίοις μὲν ἵπποι Πυρὸς χάραγμ' ἔχουσι*. Atque hic vicissim *ἐν ἰσχίοις* convenit cum verbis Scholiastæ, cujus meminit notam illam *τῷ μηρῷ* imprimi solitam dicentis. [" Κόππα, Voss. Arist. 1, 3. Callim. 1, 555. Fischer. ad Weller. Gr. Gr. 1, 63. Κοππατίας, ibid. Kuster. Aristoph. 51. Fr. 220. Callim. l. c. Σαμφόρας, ibid. Kuster. l. c." Schæf. Mss.]

Καπποφόρος autem dictus a Luciano videri possit, qui ab Aristoph. vocatus est equus *κοππατίας*. Affertur enim ex illo, *Ὁ δὲ ἵππον κτήσαιτο Μῆδον, ἢ κενταυρίδην, ἢ καπποφόρον* [*κοππαφόρον*]. Ubi quicunque loquens ab eo inducitur, afferuntur enim hæc ex eo (3, 104.) non indicato Dialogi nomine, jocose hæc nomina usurpat, ut opinor, et quidem a se ficta. Quod porro in VV. LL. habetur, *καπποφόρον* equum dictum fuisse Eum, qui ferret literam Cappa, hoc quidem extra controversiam esse debere puto: sed quod ibi additur, literam hanc eximii equi fuisse notam, hoc vero nescio quo testimonio nitatur. Neque enim ap. Aristoph. videmus equum *κοππατίαν*, quem Lucian. *καπποφόρον* dixisse existimatur, ei præferri, quem *σαμφόραν* appellat, i. e. *φοροῦντα τὸ σάν*: ita enim comp. hoc vocab. resolvo: cujus exemplo Lucianum illud *καπποφόρος* dixisse credibile est. Illud certe NOMEN Κενταυρίδης non minus nove ab eo usurpari crediderim de equo eximio, deductum a Centaurorum nomine, qui optimi optimorum equorum agitatores fuisse perhibentur. Ceterum ut literæ quædam equis imprimebantur, sic etiam aliis quibusdam rebus, ut numismatibus, necnon clypeis. Nam Lacedæmonii quidem λ, utpote primam nominis sui literam, clypeis suis imprimebant: ut Messenii illis finitimi, literam *μ*: unde Eupolis ap. Eust. DIXIT *τὰ Λάμβδα* plurali numero pro Clypeis, *Ἐξεπλάγην γὰρ ἰδὼν στίλβοντα τὰ λάμβδα*, i. e. *τὰς κακωτικὰς ἀσπίδας*, Eust. Apud Xen. sunt itidem clypei notati litera *σ*. Quod autem ad numismata attinet, recordor in præsentia literæ *χ* duntaxat, qua Athenienses adulterinos numos notabant: eamque rem significabant VERBO *Χιάζειν*. Cum enim Chios odio prosequerentur, quemcunque numum vitiosum offendebant, ei notam literæ *χ* imprimebant, a se Chios eod. modo rejici innuentes. Talem deinde numum DICEBANT *Κίβδηλον*: ut in hac voce leges. Sed quod ap. Eust. generalius est, alii Athenienses in suo tantum adv. Chios bello fecisse commemorant. Utcunque sit, huc pertinet *Χιάζειν*, si quidem eo significetur Notare ut spurium: SICUT *Χιαζόμενος στίχος* dici putatur a Bud., qui notatur ut spurius. Quæ verba accepisse eum e Soph. et Eur. Schol. puto: ab iis enim quidam versus *χιάζεσθαι* dicuntur: ut hic in Orest. (81.) *Ἑλένη, τί σοι λέγοιμ' ἂν, ἅ γε παροῦσ' ὁρᾷς*; annotat, *πρὸς πάσας τὰς ὕβρεις ἀντίκειται τὸ Ἑλένη· ὅθεν καὶ χιάζεται ὁ στίχος· σεσημείωται γὰρ τὸ ὄνομα τῆς Ἑλένης*. Sed fortassis aliquid aliud sub h. v. latet. Interdum certe dicunt simpliciter *τὸ χ*, idem significantes: Soph. Phil. (417.) p. 401. meæ Edit. Schol. in hunc secundum versum, *Οὐδ' οὑμπόλητος Σισύφου Λαερτίου* [*Λαερτίῳ*, Br.] annotat, *Τὸ χ̄ δὲ, ὅτι πάλιν Λαερτίου κτητικὸν ἀντὶ πρωτοτύπου Λαέρτου*. Sed et alias signiff. habeat v. istud *Χιάζειν*, de iis ead. opera dicendum fuerit: ac primum de ea, quæ a Chiorum nomine itidem petita est. Hes. quidem habet duntaxat, *χιάζειν, σιφνιάζειν*. At J. Poll. 4, 9. in tit. *περὶ Ἁρμονιῶν καὶ περὶ Νόμων, Τὸ μέντοι σιφνιάζειν, καὶ χιάζειν, τὸ περιέργοις μέλεσι χρῆσθαι, ἀπὸ Δημοκρίτου τοῦ Χίου, καὶ Φιλοξένου τοῦ Σιφνίου· ὃς καὶ Ὑπερτονίδης ἐκαλεῖτο*. Sed pro Philoxeno nominat Theoxenidem Suidas, quem vide. Fuerit certe *Χιάζειν*, Chium illum Democritum imitari in curiosa nimium et aliquid nimis operosæ atque adeo supervacaneæ artis habente modulatione. Simul autem observa VERBUM *Σιφνιάζειν*: quod itidem interpretandum fuerit, Siphnium illum s. Philoxenum s. Theoxenidem in curiosa nimium et aliquid supervacaneæ artis habente modulatione imitari. [" Hesychius: *Σιφνιάζειν*: * *καταδακτυλίζειν. Διαβέβληνται γὰρ οἱ Σίφνιοι, ὡς παιδικοῖς χρώμενοι· σιφνιάσαι οὖν, τὸ σκιμαλίσαι*." Seager. Mss.] At vero *Χιάζειν* a forma ipsa literæ *χ*, redditur Decussare. Unde verbale NOMEN *Χιασμὸς*, Decussatio, *εἰς τὸ χ κατάκαμψις*, Platoni. Ita VV. LL., in quibus annotatur etiam, *χιασμὸν* esse Figuram, quando quatuor propositis, tertium secundo respondet et convenit, quartum primo. Et *χιασθῆναι* dici periodum ab Hermog. de Invent. 4. *χιασμὸν* admittere, cum sc. in quadrimembri circuitu utrisque propositionibus ambæ redditiones correspondent et conveniunt: et contra, Dem. (18.) *Ὁ μὲν γὰρ* (*Φίλιππος*) *ὅσῳ πλείονα ὑπὲρ τὴν ἀξίαν πεποίηκε τὴν αὐτοῦ, τοσούτῳ θαυμαστότερος παρὰ πᾶσι νομίζεται· ὑμεῖς δὲ ὅσῳ χεῖρον ἢ προσῆκε κέχρησθε τοῖς πράγμασι, τοσούτῳ πλείονα αἰσχύνην ὠφλήκατε*. Dicitur autem *χιασμὸς* a *χ* litera, quæ crucis in modum intersecantibus seipsas duabus obliquis lineis figuratur. Hactenus VV. LL. Sed alia *χιαζομένης περιόδου* exempla vide ap. ipsum Hermog. tomo illo 4., in eo cap., in quo de

periodo tractat. Est porro a v. Χιάζεσθαι deductum et NOMEN Χιαστὸς, ex hoc vero, ADV. Χιαστί. Est autem χιαστος, sequendo interpr. datam nomini χιασμὸς, Decussatio, Decussationis formam habens. Unde ap. Eust. χιαστοὶ ξυγοὶ θυρῶν, χ. πίρπακες. Apud Eund. est Χιαστὶ τίλλειν: sed hoc est ab ipsis Chiis, ut ex ejus exp. cognosces. At vero χιαστὶ κείμεναι εὐθεῖαι ap. Procl. Eucl., pertinet ad illam hujus vocis signif., de qua nunc agitur. ["Χιάζω, Kuster. Hist. Cr. Hom. 112. Wolf. Wessel. Diss. Herod. 172. ad Herod. 187. Valck. Diatr. 225. ad Od. X. 144. Toup. Opusc. 1, 566. Brunck. Aristoph. 2, 104. Χιασμὸς, Notatio loci in scriptore aliquo litera X, Heyn. Hom. 4, 608. Figura grammatica, 639. (5, 426. ad 65. ubi non intellexit Schol.) Fischer. ad Weller. Gr. Gr. 3, 348. Valck. Phœn. p. 133. ad Herod. 301. Χιαστὸς, Fabric. Bibl. Gr. 1, 366." Schæf. Mss.] Jam vero quoniam in hunc sermonem ingressus sum, ea, quæ de aliis quoque literis in mentem mihi nunc veniunt, addenda his censeo: cum alioqui hic omissa, alium sibi locum, minus fortasse commodum, postulatura sint. Primum autem in iis locum LITERÆ Λάμβδα dandum esse censeo, quod plura de ea quam de ceteris dicenda nunc occurrant. Præmonendusque est lector, inveniri ETIAM Λάβδα: unde est Λαβδακισμὸς pro Λαμβδακισμὸς, ut infra docebitur. Sed habet alios quoque usus hoc Λάβδα: Hes. ait esse ὅπλον: addens, esse στοιχεῖον ὑγρὸν καὶ ἀμετάβολον, Literam liquidam et immutabilem: sicut et Gramm. vulgo quatuor literas liquidas s. immutabiles esse tradunt, λ, μ, ν, ρ. In Proverbio autem, quod Erasm. ex Aristoph. Ἐκκλ. (920.) affert, Δοκεῖς δ' ἐμοὶ καὶ λάβδα κατὰ τοὺς Λεσβίους, Fellatricem indicat, velut ænigmate primæ literæ, quæ communis Lesbiis, et vitio, quod ei genti tribuitur obscœna voce, sc. λειχάζειν. Vide Λεσβιάζειν. Apud Herod. Λάβδα Nom. est proprium mulieris, quæ erat filia Amphionis cujusdam ex iis, qui Bacchiadæ inter Corinthios appellabantur: de qua Pythicum Orac. editum fuit, Λάβδα κύει, τέξει δ' ὀλοοίτροχον κ. τ. λ. Vide 5, (92.) p. 202. meæ Edit. ["Jacobs. Anth. 10, 77. Toup. Opusc. 1, 353. 421. ad Herod. 419." Schæf. Mss. * Λαβδάρεοι, Murices lignei, Hero p. 4.] Medicis autem quædam ῥαφὴ, Sutura, est DICTA Λαβδοειδὴς, SIVE Λαμβδοειδὴς, Sutura transversa in posteriore cranii parte, quam si a tergo spectes, figuram literæ Λ imitari videbitur. Appellatur etiam λαμβδοειδὴς ab Actuario divisio venæ cavæ inferioris, qua in duo crura abit, paulo supra initium ossis sacri. Eaud. divisionem Gal. de Anat. Ven. elemento ν comparat. Gorr. Sonat autem λαμβδοειδὴς, [Tzetz. Chil. 11. p. 215.] literæ Lambda formam habens: eod. modo, quo DICITUR Ὑοειδὲς SIVE Ὑψιλοειδὲς, Os quoddam in similitudinem literæ Υ bicorne, pluribus ossiculis contextum, ad radicem linguæ situm. [J. Poll. 2, 202. Ruf. Ephes.] Sunt qui etiam λαμβδοειδὲς appellent, communi cum capitis sutura nomine, a litera λ, quæ inversa, non est valde dissimilis literæ Υ. His addendum est NOMEN Λαμβδακισμὸς, s. Λαβδακισμὸς, quo significatur literæ λ Crebra et odiosa repetitio, ut quidam volunt. Quintil. 1, 9. (1, 5, 32.) Et illa per sonos accidunt, quæ demonstrari scripto non possunt, vitia oris et linguæ: ἰωτακισμοὺς, λαμβδακισμοὺς, et ἰσχνότητας et πλατυασμοὺς, feliciores fingendis nominibus Græci vocant. Labdacismus, inquit Capella, est ubi L plurimum dissonat: ut si dicas, Sol et luna luce lucent alba, levi, lactea. At Diomedes Lamdacismon esse ait, si Lucem pr. syllaba vel Alma nimium plene pronuntiemus. Quoniam autem is uno eodemque loco non de hac tantum voce, sed de aliis quoque quæ ejusd. generis sunt, agit, sc. de eo quoque vitio, quod DICITUR Ἰωτακισμὸς, de eo item, cui NOMEN Μυτακισμὸς, totum eum locum huc afferam. Sunt præterea pronuntiationis quædam vitia, inquit, quæ nonnulli Barbarismos vocant: ἰωτακισμοὶ, λαμβδακισμοὶ, μυτακισμοὶ: hiatus, collisiones, et omnia, quæ plus æquo minusve sonantia ab eruditis auribus respuuntur. Hæc vitia prolocuti cavenda, controversiam de nomine pertinacibus relinquamus. Ἰωτακισμοὶ sunt, cum i litera

A supra justum decorem in dictionibus extenditur: λαμβδακισμοὶ similiter, si Lucem pr. syllaba vel Alma nimium plene pronuntiemus. Μυτακισμοὶ quoque sunt, cum in fine partis orationis invenitur m litera, et sequens a vocali incipit, quæ non sit loco consonantis posita. Hæc enim scribitur, non autem pronuntiatur: ut, Quousque tandem abutere. Tunc autem pronuntiamus m literam, cum sequitur vocalis loco consonantis posita: ut est, Tum Juno æternum servans. Hæc ille: quibus adjungam, quæ et Capella ead. de re scripsit. Is, compositionis præcepta percurrens, vitium ejus maximum esse dicit, hiulcas, et asperas voces, iotacismos, metacismos, labdacismos, * homœoprophoron, * dysprophoron et polysigma non vitare. Et paucis interjectis, Metacismus est, cum verborum conjunctio M literæ assiduitate colliditur: ut si dicas, Mammam ipsam amo, quasi meam animam. Labdacismus est, ubi L plurimum dissonat: ut si dicas, Sol et luna luce lucent alba, levi, lactea. Iotacismus, Junio Juno Jovis jure irascitur.

B Hæc illi: ego vero puto brevius et generalius posse dici, in unoquoque horum nominum respici ad ejusd. literæ nimium crebram et odiosam repetitionem sive iterationem. Idque e Suida etiam conjicio, qui VERBUM Ῥωτακίζειν esse ait τῷ ρ στοιχείῳ συνεχῶς χρῆσθαι, Litera ρ assidue uti, s. identidem. Nec enim dubium est, quin ab h. v. itidem sit DICTUM Ῥωτακισμὸς, Assiduus literæ ρ usus, Frequens literæ ρ repetitio. In VV. LL. EST et Ῥωτάζω, Literam ρ in pronuntiando sæpiuscule itero. Quemadmodum autem habes Ῥωτακίζειν, e quo Ῥωτακισμὸς, ita Ἰωτακισμὸς, Λαμβδακισμὸς, Μυτακισμὸς, ex Ἰωτακίζειν, Λαμβδακίζειν, Μυτακίζειν, esse sciendum est, licet horum exempla non afferantur. Ceterum quod ad hoc postremum verbum attinet, scribo pr. ejus syllabam litera υ: quamvis in eo, quem protuli, Diomedis loco non μυτακισμοὶ, sed μητακισμοὶ scriptum esse, et ap. Eund. legi itidem Metacismi, pariterque ap. Capellam, minime ignorem. Sequor enim potius scripturam, quæ ap. omnes reperitur, sc. Μυ, cum de hac litera agitur.

C Sic in versu, qui complectitur argumentum libri M Iliadis, Μῦ δὲ μάχῃ πρὸς τεῖχος, ὁ δ' ἔκθορε φαίδιμος Ἕκτωρ. Interjiciuntur autem supervacaneæ alioqui literæ in μυτακισμὸς ad vitandam cacophoniam. Sed et hoc addendum de VOCULA Μυ, eam ap. Aristoph. inveniri initio Equitum, usum etiam alium habentem, sc. pro Flebili sonò positam. Ibi enim quidam ξυναυλίαν κλαίοντες, hunc sonum edunt, Μὺ μῦ, μὺ μῦ, et ita deinceps per totum jambicum versum: ubique μὺ in priore loco scripto, at μῦ in posteriore: hoc sc. producto, illo correpto, ad efficiendum e binis jambum. [Hipponax ap. Sext. Empir. adv. Gramm. 1, 13. p. 275.] Quinetiam VERBUM Μύζειν hinc originem habere sciendum est. Est enim μύζειν, Clausis labris quendam e naribus sonum emittere, qualis est gementium. Exp. autem et Musso, Mussito: Aristoph. Θ. (231.) τί μύζεις; πάντα πεποίηται καλῶς. Sic Bud. ap. Plut. (Pomp. 60.) de Cæsare Rubiconem transeunte, Μύσας τῷ λογισμῷ, Secum

D mussans inter reputandum facinus. Affert et e Basil. Ἔνεγκε μύσας. Idem testatur Gazam reddere Mutire et Stridere, ap. Aristot.: e quo affertur, Μύζει καὶ τριγμὸν ἀφίησι, H. A. 4. Item μύζων καὶ στένων, de delphino, 8. ["Koen. ad Greg. Cor. 265. ad Lucian. 1, 312. 352. 353. Kuster. Bibl. Chois. 88. Wakef. Eum. 118. 189. Stanl. 117. Abresch. Æsch. 2, 13. Brunck. Aristoph. 1, 96." Schæf. Mss. Antimachus Eustathii ad Od. N. p. 523, 46. Bas. μεμυζότε μυδαλέω τε, signif. dubia.] Hinc autem est VERBALE Μυγμὸς, quod de piscibus itidem usurpatur ab Aristot., veluti cum H. A. 9. dicit de siluro, Γινώσκεται γὰρ ὑπὸ τῶν ἁλιέων οὗ ἂν τύχῃ ὠοφυλακῶν· ἐρύκων γὰρ τὰ ἰχθύδια ἄττει, καὶ ἦχον ποιεῖ καὶ μυγμόν. Alioqui, sequendo id, quod de propria τοῦ μύζειν signif. dictum fuit, est proprie Sonus, qui labiis occlusis e naribus emittitur: qualis est gementium: unde exp. etiam στεναγμός. Potest etiam reddi Mussatio, Mussitatio: ut μύζειν, Mussare, Mussitare. A Suida muris quoque sonus esse dicitur; sed quod olim ap. Suid. reposui e nuda conjectura,

sc. μυ pro μυὸς, id nunc e vet. etiam Codicis auctoritate possum reponere: ut sc. legamus ap. eum, Μυγμὸς, ὁ στεναγμὸς, καὶ ὁ τοῦ μῦ ἦχος: non autem, ὁ τοῦ μυός: quem tamen errorem sequuntur VV. LL. In quibus est ETIAM Μυγμὴ, quo dicitur significari Sonus narium irrisioni plerumque dicatus, et Reprehensio. Unde Eum, qui citra reprehensionis morsum agit, vocari ἀμύμονα, detracto γ. Affert quidem et Bud. μυγμὸς ex Hes. expositum χλευασμὸς, sed ap. eum non reperio. [" Μυγμὸς, Demetr. Phal. de Elocutione §. 57." Seager. Mss. " Wakef. Eum. 117. Stanl. ibid. ad Diod. S. 2, 169. 232. Μυγμὴ, Tzetz. Exeg. in Il. 122, 15." Schæf. Mss.] " Μυχμὸς Hesychio est ἰδίωμα ἤχου: aliis Sonitus qui per nares " redditur: qui et μυγμός. Vide et Μυχθίζω." " Ἐπιμύζω, Suspiro summisse, Tacitus fremo, Compressis labris gemo, et ita ut gemitus vix exaudiri " possit. Il. Δ. (20.) αἱ δ' ἐπέμυξαν Ἀθηναίη τε καὶ " Ἥρη," [Θ. 457. " Kuster. Bibl. Chois. 88. * Ἐπιμυγμὸς, ad Lucian. 1, 354. T. H. ad Dial. 38." Schæf. Mss.] " HINC Ἐπίμυξις, Suspirium tale, " s. Gemitus talis." [Hes. * Ἐπίμυκτος, Camerarius ad Theogn. 269. vulgo ἐπίμικτος.] " Μυχθίζουσι, " Hesychio μυκτηρίζουσι, χλευάζουσι, Irrident, Derident. Sic Suid. quoque μυχθίζεις affert pro χλευάζεις, μυκτηρίζεις, cum hoc ex Epigr. exemplo, καὶ " σιμὰ σεσηρὼς Μυχθίζεις· τάχα που σαρδόνιον γελάσεις. || Suspiro, Ingemisco: unde ap. Æsch. (Pr. " 742.) esse dicitur ἀναμυχθίζειν. Sane VERBALE " Μυχθισμὸς Hesychio est στεναγμὸς, Gemitus, Suspirium. Meminit Eust. quoque verbi μυχθίζειν " in hac signif., derivans παρὰ τὸν μυχμὸν s. μυγμὸν, quem esse dicit τὸν ἐκ τοῦ διὰ τῶν μυκτήρων " ἄσθματος ἦχον, Sonitum quem reddunt per nares ii " qui anhelant et respirant." [Μυχθίζω, Theocr. 20, 13. Polyb. 15, 26. " Jacobs. Anth. 6, 68. Wakef. ad Mosch. 4, 70. Trach. 565. Stanl. Eum. 117. T. H. ad Lucian. 1, 353. ad Dial. 38. Toup. Add. in Theocr. 401. Valck. ad x. Id. p. 159. Μυχθισμὸς, Musgr. Rhes. 789. ad Diod. S. 2, 169. Brunck. ad Æsch. Pr. 749. Wakef. ad Mosch. 4, 70. ad Lucian. 1, 353." Schæf. Mss. * Μυχθώδης, a * Μύχθος, Suspiriosus, Hippocr. Coac. 24. p. 203.] " Μυττὸς, " Hesychio ἐνεὸς, Mutus. Μύτης, Eid. est ὁ ἐνεὸς " καὶ ὁ μὴ λαλῶν, Mutus, Qui non loquitur. Item ὁ " πρὸς τὰ ἀφροδίσια ἐκλελυμένος, Exolutus et ineptus " ad res venereas." [Cf. Μυχλός.] " Dicit esse etiam " Piscem feminam quæ sine mare non pascatur." " Μύδος Hesychio ἄφωνος, Mutus." " Μυκὸς, Eid. " ἄφωνος, Mutus. Ei expositioni addit, ὡς εἴ τις εἴποι μυσαττόμενος. Præterea, quosdam hoc nomine " intelligere τὸν κακοήθη καὶ σκολιὸν ἄνθρωπον, Hominem malignum et perversum: quosdam τὸν ἀλαζόνα, Arrogantem et insolentem, Superbum. Apud " Eund. mox Μῦκος, μιαρὸς, Impurus, Scelestus. " Μυττάξασα, Eid. est στενάξασα, Gemens, Ingemiscens: afferenti et Μυττηκάζειν pro στένειν." [" Ad Lucian. 1, 353." Schæf. Mss.] Est porro et Μύζω, Sugo: pro quo dicitur ETIAM Μυζέω, Xen. K. 'A. 4, (5, 19.) Ἔδει, ὁπότε τις διψῴη, λαβόντα εἰς τὸ στόμα μύζειν [ἀμύζειν] τοὺς καλάμους. Altero autem usus est Plut. de Demosthene loquens, Φάρμακον ἔχων ὑπὸ τῇ σφραγῖδι, μυζήσας ἀπέθανε. Invenitur etiam PARTIC. Μυζῶντες ap. Suid. quod exp. ἐκπιέζοντες. Horum autem compp., necnon alia huc pertinentia verba, in serie alphabetica ponenda erunt. At vero Etym. inepte et imperite literam μυ inde nomen accepisse ait, quod hujus pronuntiatio μυγμὸν quendam habeat: cum contra illa litera μυ huic μυγμὸς, s. potius verbo μύζω, e quo est μυγμὸς, originem dederit. Nec vero his de μυ ineptiis contentus, similes, sed majores, de litera νυ affert: sc. literam νυ nomine hoc donatam fuisse, quoniam νυγμόν τινα ἔχει ἡ τούτου ἐκφώνησις. Scilicet vero ut idem etymum literæ ν, quod et literæ μ, dari posset, vox ista νυγμὸς ad signif. τοῦ μυγμὸς pertrahenda fuit: cum alioqui nihil in signif. commune inter se habeant. Sed et hoc sciendum est, antequam dicendi de litera Μῦ finem faciam, eam a Democrito VOCATAM Μῶ, Eust. e Rhet. Lex. Quemadmodum autem e μυ derivantur illa vocabula, ita e litera ρ factam esse vocem ῥοῖζος sciendum est: necnon ex aliis alias. Ita enim e β traditur esse ortum nomen βόμβος, e ζ autem verbum ζέειν, e ξ verbum ξέειν: denique e σ verbum σίζειν, unde σιγμός. Adeo ut ῥοῖζος esse dicatur ὁ κατὰ τὸ ρ ἦχος, itidemque in ceteris. Sed quoniam litera σ plura e se derivata habet vocabb. quam reliquæ istæ, e quibus est etiam unum, quod ad ea pertinet compositionis vitia, de quibus sermo paulo ante fuit, de vocibus ex illa derivatis hic agere, iisque tractatum hunc claudere institui. Prius tamen lectorem monebo, quod ad ipsam literam attinet, eam non esse indeclinabilem ut ceteræ: sed inveniri etiam PLUR. Σίγματα, σιγμάτων. Xen. Ἑλλ. 4, (4, 10.) Οἱ δὲ Ἀργεῖοι ὁρῶντες τὰ σίγματα ἐπὶ τῶν ἀσπίδων, ὡς Σικυωνίους, οὐδὲν ἐφοβοῦντο: paulo post, τὰ σίγματα ταῦτα. Genit. autem σιγμάτων legitur ap. Plat. Comicum, in hoc versu, Ἔσωσας ἐκ τῶν σιγμάτων Εὐριπίδου. Quem affert Schol. Eur., propter hunc senarium, quem in eo irrisum esse ait, e Medea (476.) Ἔσωσά σ', ὡς ἴσασιν Ἑλλήνων ὅσοι. Eust. in illo Platonis Comici versu post ἔσωσας addit ἡμᾶς: sed abundare manifestum est. Ceterum quamvis dicatur τοῦ σίγματος, nihilominus tamen dicitur et τοῦ σίγμα, eod. modo, quo τοῦ ἄλφα, βῆτα, itidemque in reliquis, Athen. (455.) Ἀποσχέσθαι τοῦ σίγμα. Hoc quoque sciendum est, σίγμα non solum esse Nom. literæ, sed existimari esse et Nom. mensæ s. potius cœnaculi semirotundi, instar hemicycli et lunatæ testudinis, a similitudine hujus literæ. Sed de hac ejus forma C intellige. Habetur enim bis ap. Martial., et ap. Lampridium, ut ostendent Lat. Dictionaria. [" Coray Theophr. 276. Fischer. ad Weller. Gr. Gr. 1, 169. ad Paus. 348. Markl. Iph. p. 360. In theatro, ad Timæi Lex. 196. Σ. οὐρανοῦ, Luna, D. R. ad Longin. 244. Indeclinabile, Porson. Med. p. 41." Schæf. Mss. Chœrili Fr. p. 189. Anecd. Bekkeri p. 781. Eust. 905, 7. ἐν δυσὶ σίγμασιν: 1389, 10. δι' ἑνὸς σίγματος. * Φιλοσίγματος, 1170, 53.] Venio ad ea, quæ ex hujus literæ nomine derivata sunt. In iis primum PONO Σιγματοειδὴς, SIVE Σιγμοειδὴς, Formam habens literæ sigma: ut σιγματοειδὴς Thracia dicta fuit. Apud Medicos σιγμοειδεῖς dicuntur Membranulæ tres, ad orificium venæ arterialis positæ. Item χόνδροι σ., et ἀπόφυσις σ. Intelligendum autem de hac literæ forma C. Vide Gorr. [* Σιγματοειδῶς, Schol. Ven. Il. 9, 5. Bast. ad Greg. Cor. 916. Schæf. Meletem. Cr. 96. Σιγμοειδὴς, Apollon. Citiens. ap. Erot. v. Ἄμβην.] Sequetur NOMEN Ἄσιγμος, ὁ, ἡ, Carens litera Sigma, ut ᾠδὴ ap. Athen. (455.) Πρὸς τοὺς νοθεύοντας Λάσου τοῦ Ἑρμιονέως τὴν ἄσιγμον ᾠδὴν, ἥτις ἐπιγράφεται Κένταυροι. Paulo post, ὕμνος ἄσιγμος. Ibid. οἱ ἄσιγμοι καλούμενοι τῶν γρίφων. Apud Eund. (455.) legimus τὴν ἀσιγμοποιηθεῖσαν ᾠδήν. Ubi nisi reponendum sit ἄσιγμον ποιηθεῖσαν, fuerit partic. e verbo Ἀσιγμοποιέομαι: præcedente voce ACTIVA, Ἀσιγμοποιέω, Compono non utendo litera σ, Carmen compono in quo non utor litera σ. Et ita ᾠδὴ ἀσιγμοποιηθεῖσα, Ode composita absque litera σ. Illi autem Ἄσιγμος opp. NOMEN Πολύσιγμος, Abundans litera σ, Frequenter repetitam habens literam σ, ut ille ex Eur. Medea versus. At vero ap. Capellam legimus Polysigma, inter vitia compositionis, aitque Polysigma esse, ubi S litera crebrius geminatur: ut, Sosia in solario soleas sarciebat suas. [* Σιγματίζω, Eust. Od. A. p. 17. * Σιγματισμὸς, Casaub. ad Athen. 13. Valck. Phœn. p. 170. Hipp. p. 235. Brunck. ad Phœn. 1414. ad Mœr. 264. ad Lucian. 1, 310. Eur. Med. 479. et n., Markl. Iph. p. 360. Luzac. Exerc. 9. Porson. Med. p. 41." Schæf. Mss.] Habeat præterea hæc litera factum e soni sui imitatione, ut antea dictum fuit, VERBUM Σίζω: quod dicitur de stridore s. sibilo, quem emittit ferrum candens, cum in aqua extinguitur. Hanc enim ejus esse signif. apparet ex Od. I. (394.) de oculo Polyphemi, qui σίζ'—ἐλαϊνέῳ περὶ μοχλῷ veluti ferrum, candens sc., quod aquæ immergitur. Sic de eo, quod frigitur: ut piscis, qui frigitur in sartagine, dicitur σίζειν. Athen. s. potius

Clearchus ap. Athen. (285.) περὶ τῆς ἀφύης loquens, Οἱ περὶ Ἀρχέστρατον ἐπιβάλλοντας κελεύουσιν ἐπὶ θερμὸν τήγανον σίζουσαν ἀφαιρεῖν: quibus additur, Ἅμα δ' ἧπται καὶ σίζει καθάπερ τοὔλαιον εὐθύς. Unde dicitur, Ἴδε πῦρ ἀφύη. Tale est ap. Aristoph. Ἀ. (1157.) ἡ δ' ὠπτημένη Σίζουσα πάραλος, ubi Schol. ζέουσα, ὡς ἐπὶ τηγανιζομένης, οἷον ἦχον ἀποτελοῦσα: [Ἱππ. 930.] Dicitur σίζειν et de vento: quod e Quintil. affertur. J. Poll. σίζειν proprium esse putat avium, quæ κόψυχοι dicuntur. [" Wakef. Alc. 767. Cereal. 2. Brunck. Aristoph. 2, 228. Kuster. 126. ad Il. Δ. 125. ad Diod. S. 1, 93. Valck. ad Theocr. x. Id. p. 98." Schæf. Mss.] HINC Σίξις ET Σιγμὸς, Stridor, qualis est ferri candentis, dum in aqua extinguitur. Potest autem et Sibilus reddi. [" Sic de Sibilo, quo eques regit vel excitat equum, Plut. 2, 593. 713." Schw. Mss.] Aristot. Meteor. 2. de tonitru, Τὸν δὲ ψόφον * ἐναποσβεννυμένου πυρὸς καὶ σίξιν εἶναι βροντὴν λέγουσι. Idem inferius, Ἔστι δὲ ἡ σίξις, μικρὰ ζέσις. Potest et de Stridore illo dici, qualis est piscis, qui frigitur. Eust. esse ait τὸν τοῦ σ ἦχον. [" Ad Lucian. 1, 310. ad Diod. S. 1, 93. ad Dionys. H. 5, 72." Schæf. Mss.] At vero COMP. Ἐπισίζειν dicitur de eo, qui canes instigat in aliquem, s. incitat, sibilo quodam, Aristoph. Σφ. (704.) κᾆθ' ὅταν οὗτός γ' ἐπισίζῃ, Ἐπὶ τὸν ἐχθρόν τιν' ἐπιρρύξας, ἀγρίως αὐτοῖς ἐπιπηδᾷς. Sed pro τὸν ἐχθρὸν repono τῶν ἐχθρῶν. Illud quoque ἐπιρρύξας mihi suspectum est. [* " Σίττω, Valck. ad Theocr. x. Id. p. 98." Schæf. Mss.] Apud Hes. est ETIAM Ἐπισιττεῖν, quod exp. κυνηγετικῶς παρορμᾷν, Incitare venatorum more, ut sc. illi canes adv. feras incitant. Sed hoc ἐπισιττεῖν ab ead. origine esse non puto: quin potius esse a VOCE Σίττα, qua pastores uti soliti sunt ad gregem, ut eum ad festinandum incitarent. Theocr. 4, (45.) σίτθ' ὁ Λέπαργος, Σίτθ' ἁ Κυμαίθα ποτὶ τὸν λόφον· οὐκ ἐσακούεις; Eust. σίττα ap. Theocr. esse dicit Adv. τάχους δηλωτικόν. Alibi vero SCRIBIT Σίττε, afferens σίττ' ἀμνίδες. Hes. habet Σίττα, quod esse ait ἐπιφώνημα αἰξίν: atque ita peculiare esset caprariis: cum tamen latius patere ejus usum videamus. [" Harles. ad Theocr. p. 82. Valck. p. 98. Musgr. Cycl. 49. Brunck. Aristoph. 3, 5." Schæf. Mss.] Eund. porro usum habere VOCEM Φίττα tradit Eust. veluti cum dicitur φίττα μαλιάδες, et φίττα μελίαι, item et φίττα ῥοιαί. Ita enim hæc scribuntur ap. illum, qui etiam addit nympharum hæc esse nomina. At J. Poll. (9, 127.) conjunctim habet SCRIPTA Φιτταμαλιάδες, ET Φιτταμελίαι, ITEM Φίτταροι, quæ juvencularum lusum fuisse tradit, in quo sese mutuo ad celerandum incitarent, simul εὐφημοῦσαι τὰς νύμφας. Unde fit ut alteram lectionem lubentius sequar. Ad φίτταροι quidem certe quod attinet, non dubium est quin factum sit e Φίττα ῥοιαί. " Ψίττα, " et Σίττα, sunt βουκολικὰ ἐπιφθέγματα quibus utun- " tur ἐν τῷ διώκειν τὰς βοῦς, ut tradit Schol. Theocr." [Lucian. Lexiph. 3.] " INDE Ψιττάζειν, quod Pau- " sanias esse dicit τὸ * ποιμενικῶς φθέγγεσθαι, Pastori- " cium illud ψίττα sonare, teste Eust. Meminit Hes. " quoque, scribens et ipse ψίττα, oxytonws ejus Codd. " habent ψιττὰ, esse ποιμενικὸν ἐπίφθεγμα: et Ψιτ- " τάζων, ψιττὰ ἐπιφθεγγόμενος. Forsitan autem hoc " Ψίττα derivatum est e Ψίττον, quod Idem exp. " ταχέως, εὐθέως, Cito, Velociter: ut sit vox pasto- " ritia qua pecus ad celerius progrediendum inci- " tant. Ψύττα, Hes. auctore, dicitur ἐπὶ τοῦ ταχέως " ἀποδραμεῖν."

ΚΑΒΟΣ, ὁ, Mensuræ frumentaceæ genus, μέτρον σιτικὸν, inquit Hes. itidemque Suid. Quinetiam J. Poll. κάβον esse dicit σίτου μέτρον, et ex eo factum ut κάβασον appellarint τὸν περὶ τὴν τροφὴν ἄπληστον. Pro quo κάβασον, ap. alios legi κάβαισον docebo paulo post. Hoc addo, Hes., postquam dixit κάβον esse μέτρον σιτικὸν, addere, καὶ οἰνικόν: deinde, οἱ δὲ σπυρίδα. Etym. pro μέτρον σιτικὸν habet, non sine manifesto errore, μετασιτικόν. Natum autem esse errorem e compendiaria nota cujus signif. non animadversa fuerit, mihi fit verisimile. [Geopon. 7, 20. not., 2 Reg. 6, 25. Didymus Alexandrinus de Mensuris Lignorum et Lapidum §. 20. Χόας, οὓς μὲν * κόγγια λέγουσι, κάβους δὲ ἡμεῖς.] Invenitur porro et NOMEN Κάβη, ap. Suid., expositum τροφὴ, i. e. Cibus. Vide Κάβηξ. [" T. H. ad Plutum p. 313." Schæf. Mss.] Κάβαισος, ὁ, VEL Κάβασος, ut quidem ap. J. Poll. legitur, Edax, Vorax, Qui cibo est inexplebilis. Ab Hes. exp. generaliter ἄπληστος: at vero Polluci (6, 43.) κάβασος est ὁ περὶ τὴν τροφὴν ἄπληστος. Uterque alioqui eandem ejus derivationem tradit, sc. ab illo κάβος, de quo dictum modo fuit. Existimo autem, cum κάβος sit Mensura frumentacea, κάβαισον proprie dictum fuisse Eum, qui multum frumenti s. panis frumentacei ederet: q. d. Frumenti edacem s. voracem. Sic ap. nos Lemovices propter panis edacitatem κάβαισοι appellari possint. Ceterum si κάβος de Vinaria quoque mensura dictum sit, ut Hes. testatur, videtur κάβαισος dici etiam de Egregio potore vini potuisse. Cujus tamen signif. nullam mentionem ab ullo factam reperio. Atque adeo J. Poll. et Suid. minime illam agnovisse videntur. J. Poll. enim postquam dixit κάβασον nominatum fuisse τὸν περὶ τὴν τροφὴν ἄπληστον, subjungit, ὥσπερ οἱ νῦν τὸν πολυπότην, πίθον. Suid. autem, si quidem sequamur vulgata ejus exempl., videri quidem possit iis verbis, quæ addit, alteram illam nominis κάβαισος signif. confirmare. At si fidem adhibeamus veteri meo Codici, ut certe hic, si usquam alibi, fide dignum esse manifestum est, eadem cum Polluce dicere Suidam comperiemus. Postquam enim dixit κάβαισον dici τὸν ἄπληστον, quia κάβος est μέτρον σιτικὸν, adjicit, καὶ τὸν μέθυσον ἡμεῖς, ut quidem habent vulg. exempl. Ubi prima fronte dixerit aliquis subaudiendum duntaxat καλοῦμεν, aut tale verbum, cum adv. οὕτω: perinde ac si scriptum esset, καὶ τὸν μέθυσον ἡμεῖς οὕτω καλοῦμεν:, vel, καὶ τὸν μέθυσον ἡμεῖς ὁμοίως κάβαισον καλοῦμεν. Sed aliam ejus fuisse mentem indicat vetus Codex: in quo post ἡμεῖς habetur πίθον, hoc modo, καὶ τὸν μέθυσον ἡμεῖς πίθον: sub. καλοῦμεν. Observa autem obiter et usum hunc NOMINIS Πίθος, ex J. Poll. pariter et Suid. Idem Codex habet κάβαισος, ut. Hes. et Etym., non κάβαιστος, ut vulg. exempl.: quorum tamen fidem sequuntur VV. LL. utpote in quibus annotetur dici κάβαισος, κάβαιστος. Apud Hes. legitur ETIAM Κάβησος, et quidem non solum pro Thracicæ urbis nomine, ut ap. Etym. et Suid., sed et in illa signif., quæ data fuit præcedenti κάβαισος. Nisi forte irrepsisse ap. Hes. putandum est καὶ ἄπληστος post πόλις Θρᾴκης, ἢ καὶ Γάργαρος. Apud Steph. B. legitur Καβησσὸς, gemino σ scriptum, et accentu in fine collocato. Diciturque ab eo esse Urbs Thraciæ: Hellanicum tamen Lyciæ eam tribuisse. Apionem tradidisse eam esse κώμην Cappadociæ. Et Eust., cum dixisset Κάβησον esse Urbem Hellesponticam, vel Thraciæ, quæ est ad Æmum: subjungit, οἱ δὲ Καππαδοκίας φασὶ, τὰ λεγόμενα Κάβησα. Ubi observa ETIAM Κάβησα. Legitur autem hinc factum loci ADVERB. Καβησόθεν ap. Il. N. (363.) Πέφνε γὰρ Ὀθρυονῆα Καβησόθεν ἔνδον ἐόντα, ubi Steph. B. legit Καβησσόθεν, cum σσ, si modo ejus vulg. exempl. non mentiuntur. Apud Eund. certe sunt ἐθνικὰ NOMINA Καβήσιος ET Καβησίτης, unico σ. Verum ut ad Κάβησος revertar, positum etiam pro ἄπληστος, sciendum est huic scripturæ aliisque addi unam posse, VIDELICET Κάβακος: quam tamen mei duntaxat Lex. vet. auctoritate confirmare possum. Inveniuntur præterea duo NOMINA Κάβηξ ET Κάβαξ: quorum prius signif. habet cum præcedentis κάβαισος significatione convenientem: at posterius non item. Nam Κάβηξ quidem dicitur a Suida esse Avis, quæ alio nomine Larus: et ab edacitate λάρος esse appellata, non tamen ab illo κάβος deducendo, sed a v. Κάβη, qua significetur τροφὴ, Cibus, ejusque meminisse Euphorionem hoc in versu, Τῆς οὐδ' αἴθυιαι, οὐδὲ κρυεροὶ κάβηκες. [" T. H. ad Plutum p. 313." Schæf. Mss.] At vero Κάβαξ ei, sicut Etymologo, est πανοῦργος. [Draco p. 51. Legendum tamen Καύαξ, quod vide. * Κάβησις, ὀρνεόν τι, Phot.] Καβλέει quoque, si signif. spectetur, quam illi dat

Hes., ad κάβος s. κάβη pertinere judicetur: exp. enim καταπίνει: quod certe apte dicitur de iis, qui sunt ἄπληστοι. Sed ap. ceteros Lexicogrr. istud verbum minime reperio. Ac NOMEN Κάβλημα, quod alioqui e verbo illo factum videri possit, ap. eund. Hes. significationem nullo modo affinem illi habet. Exp. enim ab eo περίστρωμα, diciturque esse Laconum. Apud Eund. est ETIAM Κάβλη, Paphiis μάνδαλος τῶν θυρῶν. Ibid. LEGITUR Κάβηλος, ὁ ἀπεσκολυμμένος τὸ αἰδοῖον, Recutitus, Verpus, Apella. Sed addit, οἱ δὲ ὄνομα, ubi fortasse deest κύριον. Credibile enim est eum scripsisse, οἱ δὲ ὄνομα κύριον, sub. εἶναι λέγουσι, Alii autem nomen proprium esse dicunt. Apud Eund. interjecta tamen voce Κάβησος, legitur Κάβηλος, quod esse ab eo dicitur πηλὸς πλεκτός. Sed merito suspecta hic scriptura ista κάβηλος fuerit: tum quod sit interjectum unum vocab. inter alterum κάβηλος et hoc; tum etiam quod series alphabetica scripturam aliam postulet.

ΚΑΓΧΑΖΩ, Cachinnor, i. e. Effuse rideo, Risum effundo. Factum puto per onomatopœiam, imitando sonum, qui in profuso risu editur. Eunapius ap. Suid. Οἱ δὲ Οὖνοι, πλατὺ καγχάσαντες ᾤχοντο. || Convitior, βλασφημῶ, Suid., citans e Soph. (Aj. 199.) Πάντων καγχαζόντων γλώσσαις. [" Brunck. Aristoph. 1, 138. 2, 48. Bentl. 321. T. H. ad Plutum p. 430. ad Mœr. 213. Fischer. ad Anacr. p. 17. Valck. Hipp. p. 293." Schæf. Mss. Agathiæ Epigr. 27.] " Καχνάζει Hes. pro καγχάζει dici testatur. " Κακχάζει Idem affert pro ἀτάκτως γελᾷ, s. ἀθρόως " καὶ ἀπαιδεύτως γελᾷ, Cachinnatur." Καγχασμὸς, Cachinnatio, i. e. Ipsa cachinnandi actio, Cachinnus, Risus profusus, ὁ ἔκχυτος γέλως, Suid. [" Jacobs. Anth. 11, 213. Toup. Opusc. 2, 71. Bergler. Alciphr. 136. Wakef. S. Cr. 3. Add." Schæf. Mss. " Clem. Alex. 196." Wakef. Mss. * " Κάγχασμα, Theod. Prodr. Amar. 451." Elberling. Mss.] Καγχαστὴς, et Καγχαστικὸς, Cachinnator, i. e. Qui libenter cachinnatur, Bud. ex J. Poll. [Phrynichus Bekkeri p. 45.] Ἀνακαγχάζω, præp. ἀνὰ augente C signif. simplicis καγχάζω, Plato de Rep. 1. Καὶ ὃς ἀκούσας ἀνεκάγχασε μάλα Σαρδόνιον, Lucian. (2, 931.) Ἐφ' οἷς ἐποιεῖτε καὶ ἐλέγετε, παμμέγεθες ἐπῄει ἀνακαγχάσαι. [" Toup. Opusc. 1, 258." Schæf. Mss.] " Ἐγκαγχάζω, Irrideo, Illudo: vel potius Petulan- " tibus cachinnis illudo." [" Suid. v. Καγχάζω." Wakef. Mss.] Ἐκκαγχάζω, præp. ἐκ itidem augente signif. simplicis καγχάζω, Xen. Σ. (1, 16.) Κριτόβουλος δὲ καὶ ἐξεκάγχασεν ἐπὶ τῷ οἰκτισμῷ αὐτοῦ, Aristot. Eth. 7, (7.) Καὶ ὥσπερ οἱ κατέχειν πειρώμενοι τὸν γέλωτα, ἀθρόον ἐκκαγχάζουσιν. [" Ad Charit. 568. Fischer. ad Anacr. p. 18." Schæf. Mss.] Ἐπικαγχάζω, ut, Τούτοις τοῖς λόγοις ἐπικαγχάσαντες, pro καγχάσαντες ἐπὶ τούτοις τοῖς λόγοις, Cum ad hæc verba cachinnum sustulissent. Ἐπικαγχάζων, ἐπιγελῶν, Hes. [" Wakef. S. Cr. 4, 77. * Κατακαγχάζω, Jacobs. Anth. 11, 48. Fischer. l. c." Schæf. Mss. * Ὑπερκαγχάζω, Diog. L. 7, 185.]

" Καχαξῶ affertur pro In cachinnos effundar: di- " citurque esse Doricum." [Theocr. 5, 142. " Valck. ad Röv. 61. Hipp. p. 293. ad Mœr. 215. Fischer. ad Anacr. p. 17. Brunck. Aristoph. 2, 48." Schæf. Mss. * Ἐπεγκαχάζω, Lycophr. 285.]

" Καφάζειν, Ridere: s. Effuse ridere, Cachinnari. " Hes. enim καφάζοι exp. et γελᾷ et καγχάζοι: affe- " rens item καφάζειν pro γελᾷν."

¶ Καγχλάζω, i. q. καγχάζω, Athen. 175(=438.) Ὀλίσθον τε γενομένου, αὐτός τε ὁ Ἀντίοχος ἔπεσε καγχλάζων. De qua lectione nos dubitare non sinit Hes., qui habet, καγχλάζει, ἀθρόως γελᾷ. [Aqu. Job. 41, 23. " Brunck. Apoll. Rh. 77. 98. ad Mœr. 215. * Καγκλάζω, Valck. Anim. ad Ammon. 228. 230. * Ἐπικαγχλάζω, Brunck. Apoll. Rh. 173. (4, 943.)" Schæf. Mss.]

¶ Καγχαλάω, άσω, Exulto, Summo gaudio afficior. Hoc verbo utuntur poëtæ, et soli quidem, ut opinor. Il. K. (565.) Καγχαλόων, ἅμα δ' ἄλλοι ἴσαν χαίροντες Ἀχαιοὶ, ubi Eust. Ἔστι δ' ὅμως τὸ καγχαλόων ἐπιτατικώτερον τοῦ χαίρειν· ὅγε καὶ ἐκ τοῦ χαλᾷν τῇ ἐκλύσει παράγεται. Hes. tamen καγχαλᾷν exp. etiam simpliciter χαίρειν, γαυριᾷν: καγχαλάα, χαίρει, ἥδεται, γελᾷ, Ridet. Quod autem ad etymon attinet, Eust. in Od. Ψ. scribit itidem, καγχαλόωσα ἤγουν χαίρουσα καὶ χαλωμένη, καὶ ὡς οἷον χαλίφουν ὑφ' ἡδονῆς γινομένη. Quibus assentiens ipse Hes., postquam καγχαλάα exp. ἥδεται, addit, ἀπὸ τοῦ ἐν χαλάσματι τὴν ψυχὴν ἔχειν. Et rursum, καγχαλῶ, χαλῶμαι ὑπὸ χαρᾶς, ἀνίεμαι. Ego tamen non aliunde καγχαλάω quam a καγχάζω deduci existimo, quod profusus risus summæ lætitiæ sit argumentum. [" Ad Charit. 757. Heyn. Hom. 4, 459. 5, 294. 6, 107. ad Mœr. 214." Schæf. Mss. Lycophr. 109. * Ἐπικαγχαλάω, Quint. Sm. 1, 161. 2, 374. * Περικαγχαλάω, Opp. Ἁ. 4, 326.] Καγχαλίζομαι etiam est χαίρω, Gaudeo, Hes.: et ἱλαρύνω. [Barker. ad Etym. M. 1128-30.]

Καγχάομαι, Hesychio γελῶ ἀτάκτως, Rideo incomposite.

ΚΑΔΟΣ, ὁ, vel Κάδδος, illud tamen malo, Vas vi- B narium, οἴνου ἀγγεῖον, Cadus, Dolium, Doliolum, Herod. ap. J. Poll. Καὶ Φοινικίου οἴνου κάδδον: [" imo rectius κάδον, Herod. 3, 20." Schw. Mss.] Sunt qui e Diosc. referant, decem congiorum fuisse capacem, sicut et metretam: cum tamen alii scribant duodecim. Plin., inquit Bud., 14, 16. Cadum pro Metreta dixit. Ab Hes. exp. κεράμιον, quod significat Testam, Amphoram. Philochorus, inquit J. Poll. 382., tradit amphoram, ἀμφορέα, vocatam fuisse a vett. κάδδον: et dimidiam amphoram, ἡμιαμφόριον, appellatam fuisse Ἡμικάδδιον. Epicharmus tamen distinguere videtur κάδδον et ἀμφορέα: Οὔτε ἐν κάδδῳ δηλοίμην, οὔτ' ἐν ἀμφορεῖ. Apud Lat. itidem scriptt., et poëtas præsertim, Cadus nomen est vasis vinarii, habetque priorem brevem, sicut et in versu Gr., quem affert Suid.: ita ut secundum eos κάδος, non κάδδος scribendum sit. Esse autem ab ἔχαδον derivatum suspicatus sum, mutata tenui in aspiratam, donec כד Cad, Hebr. pro Hydria Alioque vasis genere in usu esse comperi. [" Est κάδος etiam Situla, quæ e cisterno vel puteo hauritur aqua. Sic Apollod. Comicus ap. Athen. 125. τόν τε τοῦ λάκκου κάδον Λύσασα, καὶ τὸν τοῦ φρέατος." Schw. Mss.] || Accipitur et pro Poculo, e quo bibitur: ut Anacreonti ap. Athen. 191(=472.) Οἴνου δ' ἐξέπιον κάδον. Quæ verba corrupta sunt ap. J. Poll.: qui etiam scribit κάδδον a Bœotis vocatum fuisse σκύφον. || Ab Eod. affertur hic Aristoph. l. Εἰς κάδδον τινὰ λαβὼν οὐρεῖ. E quo colligi posse videtur κάδδον fuisse etiam Vas matulæ usum præstans. || Vas, in quod calculi immittebantur, Situla s. Sitella suffragiorum, Bud. Aristoph. Ὄρν. (1032.) Οὐκ ἀποσοβήσεις; οὐκ ἀποίσεις τὼ κάδω; Paulo post, Ἐγὼ δὲ σοῦ γε τὼ κάδω διασκεδῶ. Ubi Schol. τοὺς κάδους τοὺς * ἀμφορικοὺς, εἰς οὓς τὰς ψήφους καθιᾶσιν. Vide Καδίσκος. || Κάδδος, unde Κεκαδδῆσθαι, [Plut. Lyc. 12.] vide in Ἀπομαγδαλιά. [" Κάδος, Ammon. 79. Thom. M. 479. Jacobs. Anth. 6, 152. Kuster. Aristoph. 115. Fr. 244. * Κᾶδος, Jacobs. Anth. 8, 47. Κάδδος, ad Mœr. 232. Thom. M. 479. et Add." Schæf. Mss. D Πλεκτοὶ κάδοι, Mathem. Vett. 37. * Καδοποιὸς, Schol. Aristoph. Εἰρ. 1201. * Καδδηφορέω, Tzetz. Chil. 4, 583. Pro κεκαδδῆσθαι ap. Plut. l. c., H. Steph. leg. censet κεκαδδίσθαι, a * Καδδίζω. Schn. Lex. habet et κεκαδδίχθαι. Reisk. edidit κεκαδδεῖσθαι, e conjectura tamen afferens κεκαδδιχίσθαι, a * Καδδιχίζω, vel * ἐκκεκαδδιχίσθαι, Vasculo ejici, a * Κάδδιχος, quod extat in var. lect. ap. Plut. l. c., necnon ap. Hes. et " Koen. ad Greg. Cor. 135." Schæf. Mss.] Καδίσκος, ὁ, vel Καδδίσκος, dimin., Parvus cadus, Parva testa. J. Poll. inter vasa vinaria sicut κάδους et ἀμφορεῖς, ita καδδίσκους et * ἀμφορίσκους ponit. Citatur e Nonno pro Situla, quæ in puteum demittitur. || Καδίσκος, sicut et κάδος, Vas, in quod calculi conjiciebantur: καδδίσκος μὲν οὖν, inquit J. Poll., ἐστὶν ἀγγεῖον, ᾧ τὰς ψήφους ἐγκαθίεσαν. Dem. 110(=1302.) Λαμβάνοντες δύο καὶ τρεῖς ψήφους ἕκαστος παρὰ τοῦτον ἐνέβαλον εἰς τὸν καδίσκον. Erant autem duo καδίσκοι, inquit Bud., ut colligimus ex Antiph. κ.' Α. 151. unus, in quo absolutorii calculi

ponebantur, alter, in quo damnatorii. Idem in Comm. e quodam loco Schol. Aristoph. elici posse dicit duas fuisse amphoras, aut duos cadiscos, in quos judices calculos mittebant; alterum ἄκυρον vocabant, et πρότερον, et τὸν θανάτου, in quo αἱ τῶν καταδικαζόντων ψῆφοι ponebantur, αἱ ἀναιροῦσαι: alterum appellabant κύριον, et ὕστερον, et τὸν ἐλέου, in quo αἱ τῶν ἀπολυόντων ψῆφοι ponebantur, αἱ σώζουσαι. Isæus 77(=281.) Εἷς καδίσκος ἡμῖν τεθήσεται, perinde ac si diceret Consortes litis sumus, Bud. [Athen. 473. "Thom. M. 479. et Add.; ad Charit. 452. Pierson. ad Mœr. 12. Toup. Opusc. 2, 176. Wagner. Alciphr. 2, 226. ad Dionys. H. 4, 2096. Bekk. Anecd. 411. * Καδίσκιον, J. Poll." Wakef. Mss.] Καδίον, dimin. Parvus cadus, Pera. Καδίον ποιμενικὸν, Pera pastoralis, 1 Reg. 17, (40.) Bud. Ἡμικάδιον, Dimidius cadus, ut ἡμιαμφόριον, Dimidia amphora. Philochorus ap. J. Poll. 10. scribit vett. ἡμιαμφόριον vocasse ἡμικάδδιον, sicut ἀμφορέα κάδδον.

" ΚΑΖΩ, σω, Orno, Exorno, Decoro: vel Excolo, " Instruo: κοσμέω, καλλωπίζω. Poëticum est hoc " verbum, nec nisi in præt. pass. usitatum, itidem- " que in participio: ut Od. Δ. (725.) Παντοίῃς ἀρε- " τῇσι κεκασμένον ἐν Δαναοῖσι. Il. B. (530.) de Ajace " Oilei filio, Ἐγχείῃ ἐκέκαστο πανέλληνας καὶ Ἀχαι- " οὺς, Hastæ peritia ornatus instructusque erat ut " quivis alius universorum Græcorum: ἐκεκόσμητο " ὡς καὶ νικᾷν: E. (54.) Οὐδὲ ἑκηβολίαι, ᾗσιν τὸ πρίν " γ' ἐκέκαστο: Δ. (339.) Καί συ κακοῖσι δόλοισι κε- " κασμένε, κερδαλεόφρον, Malis instructe artibus et " dolis. Apoll. Rh. 2, (867.) cum infin. dixisse tra- " ditur ἐκέκαστο Ἰθύνειν, pro Præditus erat regendi " facilitate. || Afferunt VV. LL. et κάζουσα σταφυ- " λὴ pro Præcox uva, ex Eccles. 21. Sed perperam " pro περκάζουσα, Maturescens s. Pingi incipiens." " Κάδουσα Hesychio est εἶδος σταφυλῆς, Species " uvæ." [Φρούραις κέκασται, Eur. El. 616. "Porson. Phœn. 866. Jacobs. Anth. 12, 55. Exerc. 2, 200. Heyn. Hom. 4, 311. 5, 12. 6, 449. 7, 271. 8, 13. 707. Κεκασμένος, Wakef. Eum. 769." Schæf. Mss. Inde * Καστὸς, vox inusitata, cujus tamen vestigia apparent in vetustis nominibus Ἄκαστος, Μηδεσικάστη, Ἰοκάστη, etc. * Ἀκασταῖος pro ἀκασκαῖος videtur legere Schol. Æsch. Ag. 749. cum exponat λίαν κεκασμένον, notante Schn. Lex.: cf. Ἀκαστόφρων.] " Ἀκασμένα Hes. affert pro ἀναπεπαυμένα, ἡρμοσμέ- " να, Sedata, Coagmentata, Composita." [* " Κάτωρ, Ruhnk. Ep. Cr. p. 60. Hymn. Hom. 5, 55. Θάρσει, δῖε κάτωρ, τῷ 'μῷ κεχαρισμένε θυμῷ. Κάτωρ legitur in Mss. Reg. et in Ed. prima, quod recentiores in κράτωρ mutarunt. Cod. Moscov. habet δῖ' ἑκάτωρ, ex quo alius, ut spero, veram lectionem aliquando extundet. Martin. V. L. 4, 3. κάτωρ, monstrum vocis, a κάζω repetens, explicat Gubernatorem. Sed hic κάτωρ νηὸς æque ridiculus est ac Cator formularum, quem ille Ciceroni de Orat. 1, 55. obtrudebat." Bast. ad calcem Scap. Oxon. * Ἐγκάζω, Il. Y. 35. ἐνὶ φρεσὶ πευκαλίμῃσι κέκασται: Schn. Lex. exhibet ἐπὶ φρ., ab * Ἐπικάζω. * " Κατακάζω, Emped. ap. Tzetz. Ch. 13, 81. quem versum sic leg. puto, Οὐ μὲν γὰρ βροτέῃ κεφαλῇ κατὰ γυῖα κέκασται." Elberling. Mss.]

" Λαικάζω, Suidæ ἀπατῶ, Decipio. Signif. etiam " Scortor. Aristoph. Ἱππ. (167.) Βουλὴν πατήσεις, " καὶ στρατηγοὺς κλαστάσεις, Δήσεις, φυλάξεις, ἐν πρυ- " τανείῳ λαικάσεις. Ibi enim Schol. exp. πορνεύσεις, " afferens ITIDEM Λαικάστρια pro πόρνη, Meretrix, " Prostibulum." [Aristoph. 'A. 529. 537.] " ET " Λαικαστὴς, pro πόρνος, Scortator, Qui corpore " quæstum facit. Quo posteriore vocab. utitur idem " Aristoph. 'A. (79.) Ἡμεῖς δὲ, (sub. ἄνδρας ἡγούμε- " θα,) λαικαστάς τε καὶ καταπύγονας. Utitur Idem et " altero ap. Athen. (570.) dicens Peloponnesiacum " bellum Græcis exarsisse ἐκ τριῶν λαικαστριῶν, Si- " mætha, et duabus Aspasiis raptis a Megarensibus. " Volunt hæc esse παρὰ τὸ κάζειν τὸ κοσμεῖν, et τὸ " λα τὸ ἐπιτατικὸν, inserto ι." [Λαικάζω, Cephisodorus ap. Athen. 689. " Λαικάστρια, Eust. Il. 637, 23." Wakef. Mss. * Λαικὰς, ἡ, idem, Aristæn.

A 2. Ep. 16. * Ληκὼ, ἡ, Membrum virile, Hes. Phot. * Ληκάω, i. q. λαικάζω, Hes.]

ΚΑΘΑΙΡΩ, Purgo, Mundo, Od. X. (438.) ἠδὲ τραπέζας Ὕδατι καὶ σπόγγοισι πολυτρήτοισι καθαίρειν, Athen. 7. Πάντα σπίλον καθαίρειν. Pass. Καθαίρομαι, Purgor, Aristot. de Mundo, Ὄμβροις γῆ καθαίρεται, Herod. 5. Καθαρθεῖσα πονηρῶν ἀνθρώπων. Dicuntur etiam καθαίρεσθαι, Qui purgantur medicamento, Plut. (6, 487.) Αἴσχιστα πολλὰς ἡμέρας κεῖνται καθαιρόμενοι, καὶ καταπλασσόμενοι, καὶ θεραπεύοντες ἰατρούς. Et mulieres καθαίρεσθαι dicuntur, Cum purgantur per menstrua. Plut. Lycurgo, Καὶ τῶν ἐν τῷ κύειν καθαιρομένων γυναικῶν. || Expio, Lustro. Καθαίρειν στόλον, Lustrare classem, App. B. C. 5. Idem, Οὕτως μὲν οἱ Ῥωμαῖοι τὰ ναυτικὰ καθαίρουσι. Καθαίρω καθαρμὸν, pro Expiationem adhibeo, q. d. Expiatione expio, citatur e Plat. de LL. Et καθαρθήτω καθαρμοὺς, Expiationibus expietur, ex Eod. Idem, Ἀποδιοπομπησόμεθά τε αὐτὴν καὶ καθαρούμεθα,
